



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. vii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De passione domini in consecratione corporis mi-
scenda. Cap. V.

IN sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter Mis- *Ex decr.*
 sarum solennia domino offeruntur, passio domini mis- *Alexan.*
 da est, ut eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio ce- *pap. c. 5.*
 lebretur, ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis
 tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur.
 Nō debet enim, ut à patribus accepimus, & ipsa ratio docet,
 in calice domini aut vinū solum, aut aqua sola offerri, sed v-
 trumq; permixtū, qui avtrumq; ex latere eius in sua passione
 profluxisse legitur. Ipsa vero Veritas nos instruxit, calicē &
 panē in sacramento offerre, quādo ait: Accepit Iesus panem
 & benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite &
 manducate, hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. Si-
 militer, postquā cœnauit, accepit calicem, deditque discipu-
 lis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes, quia hic est
 calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur in remissio-
 nem peccatorum. Crimina enim atque peccata oblatis his
 domino sacrificiis delentur. Idcirco & passio eius in his
 commemoranda est, qua redempti sumus, & saepius recitan-
 da, atque hæc domino offerenda. Talibus hostiis delectabi-
 tur & placabitur dominus, & peccata dimittet ingētia. Ni-
 bil enim in sacrificiis maius esse potest, quam corpus & san-
 guis Christi, nec vīla oblatio haec potior est, sed hæc omnes
 præcellit: quæ pura conscientia domino offerenda est, &
 pura mente consummanda, atque ab omnibus veneranda.
 Et sicut potior est cæteris: ita potius excolī, & venerari
 debet.

*Quæ species ad altare non ad sacrificandum, sed ad
 benedictionem simplicē offerantur. Cap. VI.*

Offerri nō liceat aliquid ad altare præter nouas spicas, *Ex cano.*
 & vuas, & oleum ad luminaria, & fabas, & thymiamam *apostola.*
 ad incensum, tempore quo sancta celebratur oblatio. *cap. 4.*

De eadem re. Cap. VII.

HAEC species quas non licet offerre super altare *Ex decr.*
 iuxta constitutionem apostolorum eorumque success- *Melchia.*
 torum, ad dominum sacerdotum deferantur, & à sacerdotibus *pap. ca. 1.*
 benedicantur, & simplici benedictione benedicta demum
 à populis sumantur. Fabæ tantum & vuæ, nouæ spicæ, &

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

oleum, & odoramenta ad incensum, & cætera quæ apostoli
constituerunt super altare offerantur.

Nihil in sacrificio præter quod dominus statuit offe-
rendum. Cap. VIII.

*Ex cano.
apostolo.
cap. 3.* **S**i quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem
minialia quædam in sacrificio offerat, super altare, id est
aut mel, aut lac, aut pro vino ficeram, aut confecta quædam
aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra con-
stitutionem domini faciens, deponatur.

*Vt presbyteri vas mundum habeant, vbi corpus domi-
ni cum diligentia recondatur.* Cap. IX.

*Ex cœcil.
Turonē.
cap. 4.* **V**T omnis presbyter habeat pixidem, aut vas tantum
cramento dignum, vbi corpus dominicum diligenter
recodatur, ad viaticū recendentibus à seculo. Quæ tanta facie
oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut vera
presbyter possit dicere infirmo, corpus & sanguis dñi pre-
ficiat tibi, &c. Semperque sit super altare obserata proprie-
mures & nefarios homines, & de septimo in septimum
semper mutetur, id est, illa à presbytero sumatur, & de
quæ eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur,
fortè diutius reseruata, mucida, quod absit, fiat.

Vt presbyter Eucharistiam in promptu habeat.

Caput X.

*Ex cœcil.
Vvorma.
cap. 5.* **V**T presbyter semper Eucharistiam habeat paratam
quando quis infirmatus fuerit, aut paruulus infirmus
fuerit statimeum cōmunicet, ne sine cōmunione moriantur.
*Tot oblationes quot populo sufficient offerendas, reliqua
crastinum non reseruandas.* Cap. XI.

*Ex epist.
Clemētis
pa.c.28.* **C**ertè tanta in altari holocausta offerentur, quantu-
m' populo sufficere debeat: quod si remanserit in crastinum
non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum
diligentia consumantur. Qui autem residua corporis domini
quæ in sacrario reliqua sunt consumunt, non statim ad com-
munes sumendos cibos conueniant, nec putent sancti
portioni commiscere cibum qui per aqualiculos digesti
in secessum emittitur. Si igitur mane dominica portigunt
usque ad sextā ieiunent ministri qui eam cōsumperint. E-
terna vel quarta hora acceperint, ieiunent usque ad vesperam.
Sic secreta sanctificatione, æterna custodienda sunt
cramenta.